

gemitus, us. subs. m. **FORMA** gen. 2^a decl. -i Apul Mund 18.; *item apud Christianos scriptores*. **ETYM** gemere; *uulgaris* GLOSS 5.363.46. quasi geminatus luctus. **DLAT** gemitorius, ingemitus. **DROM** cast. gemido, it. gemito, rum. geamat. [**FREQ** media 770 ^{indicia} 47 ^{/d.c.m.} 239-169 **ENN**] *uocabulum scriptis litterariis omne genus aptum, praecipue narrando exponendoque si numerum uideas, at pro rata parte lyricis satiricis dramaticis abundans; omnibus usibus, praesertim doctis; et pro rata parte magis uersu quam prosa; technicis interdum inuenitur sine sensibus propriis; inde ab initiis apparet, saec. I-II ec. magis usitatum.*

VARIATIO OPERUM		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
	argumentans	228	34
	dramatica	20	45
	exponens	39	13
	lyrica	24	85
	narratiua	449	83
	satirica	10	52
DIACHRONICA	III-II aec.	7	17
	I aec.	112	40
	I-II ec.	350	90
	III-V ec.	301	34
DIAPHASICA	docta	341	164
	media	411	31
	quotidiana	18	31
DIATRATICA	litteraria	740	56
	technica	30	11
MODUS	prosa	479	34
	uersu	291	150

¶ **a1** *hominis oris sonus qui animi dolorem exprimit* • *designó el gemido o quejido que produce la pena en el ser humano* [**HYPER** uox hominis **SIM** ingemitus **DOM** fletus, lacrima] 234-149 CATO Orat 58. quantum luctum, quantum gemitum, quid lacrimarum, quantum fletum factum audiui! 29-19 VERG Aen 9.499. hoc fletu concussi animi, maestusque per omnis it gemitus. 2.323. uix ea fatus eram gemitu cum talia reddit. 32 VAL MAX 4.7.4. in lacrimas et gemitus profusus. 360 AUR VICT Caes 16.14. Vendobonae interiit, maximo gemitu mortalium omnium. 𐀀 PS DOSITH Mon 158a. STENAGMOS GEMITUS. SERV Aen 2.323. GEMITU ut ostendat, luctuosam rem se esse dicturum. GLOSS 2.32.37. στεναγμός.

qui corporis quaerimoniam de infortunio proprio seu alieno ostendebat • *era la expresión física de queja o dolor más típica ante la adversidad propia o la desgracia ajena* 80 CIC S Rosc 24. Quod Amerinis usque eo uisum est indignum, ut urbe tota fletus gemitusque fieret. 62-65 LUCAN 9.146. cum tales acerbitates Magnus audisset, non in gemitu lacrimasque dolorem effudit. 350-400 DICT 2.7. magno cum gemitu filiae orbitatem per absentem coniugis conqueri.

de indignitate seu submissione • *ante la indignidad y la sumisión* 44-43 CIC Phil 2.64. cum omnia metu tenerentur, gemitus tamen populi Romani liber fuit. 2-8 Ov Met 9.163. dum potuit, solita gemitum uirtute repressit. 80-90 STAT Theb 11.375. gemitu ... supplice. 370-405 PRUD Psych 1.797. gemitum dedit omnis uirtutum populus casu concussus acerbo.

uel de iniuria • *o la injusticia* 170-86 ACC Trag 550. iaceo in tecto umido, quod eiulatu questu gemitu fremitibus resonando mutum flebilis uoces refert. 30 VELL 2.13.2. Rutilium ... interrogatum lege repetundarum maximo cum gemitu ciuitatis damnauerant.

quare laetitia contrarius erat • *por tanto, estaba opuesta a la alegría* [**DOM** laetitia, laetus, risus] 40 SALL Iug 60.2. clamor permixtus hortatione laetitia gemitu. 62-43 CIC Fam 9.26.3. ibi loquor, quod in solum ... et gemitum in risus maximos transfero. 383 HIER Hom Orig Ier 839. conuersatio eorum in gemitu, semper in curis est, numquam cum laetis consortium habent. 405 PRUD Perist 3.141. Haec sine fletibus et gemitu laeta canebat et intrepida.

ob rabiem siue iram gemitus interdum exhalabatur • *a veces, el gemido que exhalaba el pecho era debido a la rabia o a la ira* 29-19 VERG Aen 7.15. hinc exaudiri gemitus iraeque leonum uincula recusantum. 80 VAL FL 3.696. non tamen et gemitus et inanes desinit iras fundere. 395-397 CLAUD Rapt Pros 2.232. Compescuit arcum cum gemitu ... Latonia. 𐀀 SERV Aen 3.39. GEMITUS LACRIMABILIS potest enim esse etiam irascentis gemitus. 7.15. GEMITUS IRAEQUE gemitus irascentium leonum.

et in funeribus auditus certe erat • *y era especialmente oído en los funerales y era especialmente oído en los funerales* 29-19 VERG Aen 10.505. socii multo gemitu lacrimisque impositum scuto referunt Pallanta frequentes. 92 SIL 13.659. quantos funeribus uestris gens Itala passim dat gemitus! 100-199 Ps QUINT Decl 11.9. exonerabis gemitus tuos, cum meorum sepulcra numerabis.

e pectore procedebat quasi ex intima hominis parte ubi animi sensus residebat • *salía del pecho como de lo más profundo del ser humano, residencia de la emotividad* [**DOM** pectus] 40 SEN Pol 4.2. fluant lacrimae, ... trahantur ex imo gemitus pectore. 60 PETRON 81.2. uerberabam aegrum planctibus pectus ... inter tot altissimos gemitus. 412-427 AUG Ciu 19.5.5. omnium pectora sic attingit, ut cogat in gemitum.

cum interi. heu coniunctum fuit • *la interjección asociada a gemitus fue heu* 𐀀 PORPH Hor in Epod 5.101-102. iuxta parentum commemorationem gemitus insertus est: heu. (˘HOR Epod 5.101. post insepulta membra different lupi ...neque hoc parentes, heu mihi superstites, effugerit spectaculum.'

a2 CHRIS *per mundum peregrinantibus frequens fuit* • *acompañó a la descripción del valle de lágrimas* 397-401 AUG Conf 12.23.16.1. gemens inenarrabiles gemitus in peregrinatione mea.

et quasi preces usitatum est • *y fue otra manera de referirse al rezo* [**HYPER** preces^b **SIM** ˘oratio^f] 400-420 ORIENT Comm 1.401. Supplicibus lacrimis gemitu prece pectore tunso, quare salutiferum nocte dieque deum. 404 Sulp SEV Chron 2.11.2. cum gemitu multisque lacrimis orasse ad Deum traditur.

a3 *cum aliis uoculis eiusdem cognitionis semanticae coniunctum est, quibuscum sensus per impotentiam proferebatur* • *se relacionó con otras palabras pertenecientes a sus mismos dominios cognitivos; con ellas construyó un ámbito significativo en el que el contenido de 'gemido' completaba el de otros sustantivos relacionados, añadiéndoles un matiz de impotencia ante la adversidad* 𐀀 PROB App. partu fetu incestu raptu fletu planctu ululatu ploratu gemitu cruciatu interitu luctu obitu. Ps CHAR 426. conploratus. lacrimae. lamentatio. maeror. tristitia. gemitus. planctus. singultus. ululatus. heulatus. 434. maeror. luctus. maestitia animi. gemitus. sollicitudo. aegritudo. tristitia. angor. anxietas.

[**DOM** lugere, luctus] 234-149 CATO Orat 58. 42-41 SALL Epist Ad Caes 4.1. non gemitus uirorum, luctus mulierum, immanem eorum animum inflexit. 9-12 Ov Trist 1.3.21. quocumque aspiceres, luctus gemitusque sonabant, formaque non taciti funeris intus erat. 60 PETRON 111.6. cum miles qui cruces asseruabat ... gemitum lugentis audisset. 350-400 DICT 3.1. circa Sarpedonis cadauer cunctis deflentibus ac praecipue feminis luctu atque gemitu omnia completa sunt.

^{usibus doctis, ab ec.} [**DOM** plangere, plangor, planctus] 80-90 STAT Theb 3.120. feruet iter gemitu et plangoribus arua reclamant. 116 TAC Ann 1.41. uelut in urbe uicta facies gemitusque ac planctus etiam militum auris oraue aduertere. 300 AMBROSIAST In Rom 1.11.49. gratia dei in baptisate non quaerit gemitum aut planctum.

[**DOM** lamentatio, lamentum, lamentabilis] 85 CIC Inu 2.78. Is animaduertit sororem suam ... sponsi ... nomen appellantem identidem Curiatii lugete gemitu et lamentatione. 63-65 SEN Ag 660. Troades, et ipsae uestra lamentabili lugete gemitu funera. 330-430 HEGES 5.1.44.135. magno fletu et gemitu lamentabili finem dicendi fecit.

[**DOM** murmur, murmurare] 220-130 PACUV Trag 321. Profusus gemitu, murmure "occisti" antruat. 50 CURT 9.3.15. ut uocem loquentium potius quam gemitum murmurantium audires. 116 TAC Ann 6.24. qui uultum, gemitus, occultum etiam murmur exciperent. 400 AUG C Parm . facilius ... in gemitum confitendi quam in murmuram resistendi afflicta corda compellit.

[**DOM** anhelare, anhelitus, anhelus]. 41 SEN Ira 4.2. anhelitus crebros tractosque altius gemitus. 400-430 MAR VICTOR Aleth 3.269. fremitu sermonis anhelat aut stridit gemituque minas imitatur acuto.

[**DOM** feminarum ululatus] 29-19 VERG Aen 4.667. lamentis gemituque et femineo ululatu tecta fremunt. 116 TAC Ann 4.62. per noctem ululatibus et gemitu coniuges aut liberos noscebant. 350 IUST 19.2.11. tunc toto litore plangentium gemitus, tunc infelicium matrum ululatus et flebiles querelae audiebantur.

[**DOM** tristitia, tristic] 32 VAL MAX 7.1.1. nullus gemitus, nulla causa tristitiae. 92 SIL 2.54. effundunt gemitus atque omnia tristia uertunt. 95 QUINT Inst 11.1.54. usque ad ultimam uocem continuus quidam gemitus et idem tristitiae uultus seruabitur. 390 HIER Quaest Hebr in Gen 3.5. Multiplicans multiplicabo tristitias tuas et gemitus tuos. 400-420 ORIENT Comm 2.353. Hinc tristes gemitus, illinc pia gaudia uitae.

[**DOM** uox querula] 29-19 VERG Aen 3.39. gemitus lacrimabilis imo auditur tumulto et uox reddita fertur ad aures. 62-65 LUCAN 7.572. caedes oriuntur et instar inmensae uocis gemitus. 100-199 Ps QUINT Decl 19.12. si qua ad aures tuas ... perlata uox est, meus gemitus fuit. 400-420 ORIENT Comm 2.308. Et uox nulla, nisi quam dederit gemitus. 𐀀 PRISC Gramm 5. inueniuntur ... uoces ... quae non possunt scribi, intelliguntur tamen, ut sibili hominum et gemitus: hae enim uoces, quamuis sensum aliquem significant proferentis eas, scribi tamen non possunt. ADNOT Lucan 7.572. GEMITUS definit gemitus quid sit: magnitudo et exemplum uocis inmensae.

b1 *naturalem corporis actionem, qua sonus ex imo pectore cum dolore exit, designauit* • *designó la acción fisiológica del gemido* [**HYPER** naturalis corporis actio] 163 TER Haut 373. gemitus scretus tussis risus abstine.

corporis dolori consequens • *como respuesta del cuerpo ante el dolor corporal* 191 PLAUT Pseud 786. si quispiam det qui manus grauior siet, quamquam illud aiunt magno gemitu fieri, comprimere dentes uideor posse aliquo modo. (scilicet de paedico.) 45 CIC Fin 2.94. saxum illud Lemnium clamore Philocteteo funestare, quod eiulatu, questu, gemitu, fremitibus resonando mutum flebiles uoces refert. 2-8 Ov Met 2.606. icta dedit gemitum tractoque a corpore ferro candida puniceo perfudit membra cruore. 9-12 Ov Trist 5.1.51. Exigis ut nulli gemitus tormenta sequantur? 63-65 SEN Her O 1395. non ferae excutient mihi, non arma gemitus. 389 PANEG Theod 29.3. cum iudiciis capitalibus adstitissent, cum gemitus et tormenta misero-rum auribus ac luminibus haurissent.

at perrare uoluptati • *muy risoso, fue la expresión del placer* 1 Ov Ars 2.724. Accedent questus, accedet amabile murmur, et dulces gemitus aptaque uerba ioco.

sonus erat quem corpus animam agens exhalabat; quare paronomasia inter gemitus et mugitus percibebatur • *era el sonido que se dejaba oír cuando el cuerpo animal estaba a punto de perecer, y se aprovechó la paronomasia existente entre gemitus y mugitus* [**DOM** taurus] 220-130 PACUV Trag 321. Profusus gemitu, murmure "occisti" antruat. 37-29 VERG Georg 3.517. taurus concidit ... extremosque ciet gemitus. 29-19 VERG Aen 12.952. uita ... cum gemitu fugit indignata sub umbras. 80 VAL FL 2.458. impleuit gemitu cum taurus acerbo auia frangentem morsu super alta leonem terga ferens. 121 SUET Iul 82.2. tribus et uiginti plagis confossus est uno modo ad primum ictum gemitu sine uoce edito. 412-427 AUG Ciu 3.22.2. gemitus morientium. 417-418 OROS Hist 6.2.3. quis gemitus occidendorum pariter atque occidentium fuerit. 𐀀 SERV Georg 3.517. EXTREMOSQUE CIET GEMITUS ultimum gemit.

maxime de partus doloribus querebatur • *entre los dolores más frecuentes a que aludía esta palabra estaban los del parto* [**DOM** parere, parturire] 2-8 Ov Met 10.509. nec Lucina potest parientis uoce uocari. nitenti tamen est similis curuataque crebros dat gemitus arbor lacrimisque cadentibus umet. 30-50 PHAEDR 1.18.3. Instante partu mulier actis mensibus humi iacebat, flebilis gemitus ciens. 200 VET Sirach 7.29. honora patrem tuum et gemitus matris tuae ne obliuiscaris. 393-416 AUG Gen ad litt 11.37.50.1. Et mulieri dixit: multiplicans multiplicabo tristitias tuas et gemitum tuum. In tristitiis paries filios. 397-401 AUG Conf 7.11.7.1. quae illa tormenta parturientis cordis mei, qui gemitus! 𐀀 GLOSS 5.458.45. gemitus matris gemitus parturientis.

b2 *ad rerum siue naturae sonitus pertinuit qui hominum intellectui uitam praebebant, qualis craterum mugitus* • *fue aplicado a sonidos del mundo inanimado que presentaban vida a los ojos humanos, como el mugido de los volcanes* 29-19 VERG Aen 3.577. Aetna liquefacta ... saxa sub auras cum gemitu glomerat. 92 SIL 14.59. Aetna eructat tremefactis cautibus ignis inclusi gemitus, pelagique imitata furorem murmure. 𐀀 GLOSS 4.82.42. gemitum strepitum.

maris sonus • *el sonido del mar* 80-90 STAT Theb 3.594. it clamor ad auras, quantus Tyrrheni gemitus salis. 117-180 FLOR Epit 2.21. non sine gemitu maris.

seu terrarum • *de la tierra y sus partes* [**DOM** tellus, terra] 29-19 VERG Aen 12.713. dat gemitum tellus. 80 VAL FL 4.286. auia responsant gemitu iuga. 80-90 STAT Theb 6.107. dat gemitum tellus. 417-418 OROS Hist 4.4.7. cum gemitu horrisono tunc terra tremuisse. 𐀀 PORPH Hor in Carm 1.12.3-4. Lucanus: Pindus agens gemitus. SERV Aen 12.713. DAT GEMITUM TELLUS pulsu pedum.

seu certorum metallorum • *o de algún metal* 80 VAL FL 5.168. gemitu propiore chalybs densusque reuulsis rupibus audiri montis labor.

c1 *uoces certorum animalium designauit, inter quas lupi ululatus* • *designó las voces de diversos animales, entre ellos los aullidos del lobo* [**HYPER** uox animalis terrestris] 62-65 LUCAN 6.688. latratus habet illa canum gemitusque luporum.

seu canum latratus • *o del perro* [**SIM** latratus] 80-90 STAT Theb 4.429. nocturni ... canum gemitus.

c2 *inter aues, columbarum uocem designauit* • *y, entre las aves, al zureo de las palomas* [**HYPER** uox auis] 79 PLIN Nat 18.267. palumbium ... exaudi gemitus. 378-380 AMBR Hex 3.1.4. flebiles ... gemitus columbarum. 398 AUG Serm 10.82.14. Remansit foris cum uoce coruina, quia non habuit gemitum columbinum.

turturis • *el arrullo de la tórtola* 𐀀 SCHOL Bern Ecl 5.58. turtures ... proprie pro cantu 'gemitus' habent.

bubonis • *el chillido del búho* 79 PLIN Nat 10.34. bubo ... nec cantu aliquo uocalis, sed gemitu. 𐀀 SERV Aen 4.462. cantus bubonis ... aut fletum imitatur, aut gemitum.

seu lari • *o de la gaviota* 80-90 STAT Theb 6.12. animosa resumit Leucothea gemitus.